Bernardus Claravallensis: Flores
Cologne: Johann Koelhoff, the Elder, 14[82], 14[82] Seite 146

24



concupiscentie que inuitos tenen t
non voluntas sed corruptio volū/
tatis est

## Ca:xiiij

Qꝫ valde detestabile vitium fit ꝓ/
pria voluntas Super cantica.ser/
mone.lxxi

GRande malum ꝓpria vo/
lūtas.qua fit vt bona tua
bona non sint. Etem̄ si in
die ieiunij mei inueniatur volūtas
mea:non tale ieiuniū elegit domi/
nus:nec sapit illi ieiunium meum.
qđ nō obedientiam sed vitiū pro/
prie voluntatis sapit. Ego autem
non solum de ieiunio meo: sed de
silentio.de vigilijs.de oratione.de
lectione. de opere manuū. postre/
mo de omni obseruātia monachi
vbi inuenitur voluntas sua in eo.
et non obedientia magistri sui id/
ipm̄ sentio. Minime prorsus obser
uantias illas. etsi bonas in se:ta/
mē inter virtutes censuerim depu/
tandas. Volūtatē q̄dem ꝓpriā di
mittentes nihil amittimus:imo et
lucramur plurimū:cōmutātes illā
in melius:vt ꝯmunis fiat que pro
pria fuit. Porro cōmunis volun/
tas charitas est. Via peccatorū
est propria voluntas: que est sup/
bia.ex qua om̄ia mala sicut ex cō/
muni sunt bona. Vnde enim sunt
scandala nisi ꝙ propriam seq̄mur
voluntatem. et temere quod volu
mus in corde nostro definiētes: si
q̄n̄o id prohiberi cōtingat aut im/
pediri.continuo in impacientiā:in
murmurationē:in scandalum pro/
ni sumus. Porro voluntas propꝛia
quo furore dominū maiestatis im
pugnet: audiant et timeant serui
proprie volūtatis. Primo nempe
subtrahit semet ipām et subducit
eius dominationi.cui tanq̄ꝫ aucto
ri seruire debuerat:duꝫ efficit̄ sua
Sed addit adhuc.et quod in se ē:
omnia quoq̄ꝫ que dei sunt tollit et
diripit. Quem enim modum sibi
ponit humana cupiditas? Nen/
ne qui per vsuram adquirit pecu/
niam modicam.similiter mundum
lucrari conaretur vniuersum si nō
deesset .possibilitas . si suppeteret
voluntati facultas? Dico fiducia/
liter : nemini qui sit in voluntate
propria possit vniuersus mundus
sufficere. Ipm̄ autem et quod in
ipā est deum perimit propria vo/
luntas. Omnino enim vellet deum
peccata sua aut vindicare nō pos/
se: aut nolle: aut ea nescire. Vult
ergo eum non esse deum. que quā
tum in ipā est. vult eum aut impo/
tentem:aut iniustum esse: aut insi/
pientem Crudelis plane et omni/
no execranda malicia:que dei po/
tentiam:iustitiam:sapientiam: pe/
rire desiderat. Hec est crudelis be
stia.fera pessima.rapacissima lupa
et leena scuissima:

## Ca.xiiij.

De ꝓprio consilio. In ser.de resur

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-319/0145
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG